Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput XI.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

utrăque fruerentur. Quocirca literis ad socios datis, illud solitus erat adscribere, sibi medicum fructum sine offensione, quam ingentem cum aliquâ offensione, esse potiorem. Exiguam quippe segetem animorum sine offensionibus, velut sine noxijs herbis, crescere ac permanere: at quamvis magnam segetem offensionibus, quasi inimicis herbis, oppressam extenuari & evanescere. Atque hæc multo etiam impensius servabat ipse, quam alijs præcipiebat, exemplis utique quam præceptis clarior.

Comitas gravitati juncta.
Caput. XI.

Ad salutem porrò hominum procurandam vel plurimum valebat gravitati juncta comitas: quæ virtus specie disparres ita in illo copulabantur, ut neutra quicquam detrahente alterius vi, idem & gravissimus esset & suavissimus. Quippe incredibilis quædam in Xaverio ut supra ostendi, comitas ex vultu, gestu, sermone, consuetudine facilè eminebat, quæ à natura insita, à Deo cumulata, quemvis facilè caperet, teneretque; Mira in ore hilaritas, in congressu facilitas, in consuetudine ubique suavitas. Aspectus adeò jucundus, ut ægris solatium, valentibus lætitiam afferret. Itaque sæpe usu venit, ut multi sociorum nulla alia de causa viserent eum, nisi ut cœlesti illo aspectu exhilarati, ad beatæ vitæ studium, illiusque eximiæ alacritatis ac doriique cogitatione accenderentur. Nunquam enim tristes aut languentes ab eo recedebant, quoties haurire potuerant ipsius alacritatem, & tanti animi spiritum. Eximia verò vultus ac sermonis jucunditas majori [illegible]

ac bonor

Aspectus Xaverij nitentibus jucundus.

ac bonos, summos aeque et infimos pelliciebat:
adeoque vinctorum tenebat animos, ut eos, quocum-
que liberet, impelleret; nihil à quoquam postu-
laret, quamvis magnum arduumque, quin non
facili negotio ferret omnes. Porro salubres ser-
mones, ne satietatem afferrent, magna solertia
condire, miraque varietate miscere consueve-
rat. Astrologiae Philosophiaeque Franciscus
erat peritissimus. Inde circa quoties iter face-
ret, levando vitae taedio, sermones identidem
de caelestium orbium astrorumque motibus in-
ferebat. Lunae Solisque defectiones multo
ante praenuntiabat. Plurimas causas expone-
bat, eorum quae in caelo mundoque admirabi-
lia fieri videmus, quae grandinis, pruinae, nivis,
pluviae origo. unde nubes, nebulae, venti, to-
nitrua exstant: quae vis aestus maritimos
ac freta cieat. Adjiciebat caetera generis
eiusdem, quae plurimum vel admirationis,
vel iucunditatis habent: eaque demum refere-
bat ad Dei cultum metumque. De his igitur
tam perite iucundeque, apud Japones prae-
cipue talium rerum ignaros, disserebat, ut
vulgo dictitarent, Xaverio comite totam
Japoniam sine ullo laboris sensu posse pera-
grari. adeo eius comitas pro vehiculo comiti-
bus erat, ut eos sibi Deoque obnoxios faceret.
Caeterum hanc comitatem moderabatur par
gravitas. ut in summa consuetudinis iucun-
ditate omnia tum dicta, tum facta redole-
rent Sanctitatem. Cuius quidem tanta erat
apud omnes opinio, ut quamquam vulgo
cum flagitiosissimis hominibus perfamilia-
riter versaretur, nihil tamen turpissimorum
hominum consuetudo Xaverij polluerit no-
men, conspicui Sanctimoniae fama, suspiciones
hominum

hominum non solum sermones arcentes. Quin-
etiam fuit hoc Francisci proprium, ut familia-
ritas ejus non minueret reverentiam, sed augeret
aiur sanctitatis, quasi gemmam usu & tra-
ctatione magis ac magis nitere diceres.
Consalvus Fernandes, e domesticis nobilis, Xa-
verij perfamiliaris fuit. Huius ille nam-
que saepe usus, saepe ipse hospitio usus, utro-
bique cum eo familiarissime versatus. Caeterum
erat in Consalvo Xaverij reverentia tanta,
ut quoties ille ad se domum accederet, vene-
rabundus cum tota familia occurreret, cunctisque
prostratus humi corporibus eum exciperent: nec
vero is, quamvis saepe à Francisco rogatus ne
id faceret, morem ei gerere poterat: adeo Sancti
viri veneratio ejus animum occuparat. Jacobus
quoque Pereira, quo nemo Xaverio amicior,
referebat, se coram illo nunquam sustinuisse, ut
capite operto esset, quamvis ipso rogitante.
Enimvero quoties cum eo loqueretur, tanta
se religione perfundi solitum, ut Deum in illo
intueri sibi videretur. Nec Francisco, si quando
res posceret, gravitatis aculeus, severitas defuit.
Rem uno altero exemplo notabimus. Matrona
quaedam honesta piaque Francisco, quoties
is adesset, de peccatis confiteri consueverat. Hanc
ut ipsamet religioso viro deinde narravit,
quod bellum ~~bellum~~ hominem fuitque et ele-
ganter ornatum, esset intuita, graviter Xa-
verius increpavit, increpans: Tune hominem
suspexisti! merito es, ut te Deus despiciat.
Quae non adeo justam pilum pervulsit pectus,
ut illa magna deinde in omni vita aspicere
os viri cujusquam sustinuerit. Acerrimus vin-
dex praecipue contumaciae fuit. In Comorino

promontorio cum cognovisset idolum à neophytis
quibusdam esse conservatum; eximiè verò tantillæ rei
novitate indignitate commotus, protinus sacrilegij te-
ctis injici jussit ignem; ut magnitudo pœnæ cæ-
teros à tam nefario absterreret scelere. Mul-
tis honestis viris supplicij gravitatem deprecan-
tibus, hoc solummodo permisit, ut rem familia-
rem domo liceret efferre: domum ipsam, sacri-
legij receptaculum, omnino incendio absumi vo-
luit.

Prudentia & Præcepta Goani Collegij Rectori & Gaspari Belgæ tradita

Caput. XII.

Jam cæterarum moderatrix virtutum
prudentia non modò in conciliandorum con-
vertendorumque hominum solertia, quæ pas-
sim in tota Francisci emicat vita, verùm
etiam in propagatione religionis, administra-
tione Societatis, enituit. Quippe satis gnarus
nihil æquè obstare Christianæ fidei incrementa pro-
pagari quàm exempla improborum Christianorum,
non prius ad Ethnicos religione imbuendos
accessit quàm lapsos veterum Christianorum
restituit mores. Neophytos autem ingenti
labore ac patientia Christo partos ipse pri-
mum maxima assiduitate coluit: inde Socijs
alijs idoneisque hominibus excolendos tra-
didit. Socios porrò ipsos nulla in loca misit
unquam, nisi ante à se lustratos. Quos
verò mittebat, adversus omnia incommoda
salutaribus ac proprijs armabat monitis,
rudes imperitosque rerum edocens, quæ
ipse longo usu divinoque instinctu didicerat.
Et quoniam in ijs, quæ dixi, præceptis, vel
maximè Francisci elucet prudentia, haud
salubrius